UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Gloria. Et eum: In .iii. noc
añ. Herodes funeſtꝰ iuſſit in/
terficere ⁊ afferri caput iohan
nis in diſco. ps. In dño ꝯfi.
añ. Petijt puella caput iohã/
nis baptiſte. quo allato dedit
matri ſue. ps. Dñe quis. añ.
Miſit rex incredulus miſtros
deteſtables: ⁊ ãputari iuſſit
caput iohãnis in carcere. ps
Dñe in virtute. ℣. Magna
eſt gloria. Scđm matheum.
In illo tempe: Audiẽs
herodes tetrarcha famã
ieſu ait pueris ſuis. Hic ẽ io/
hãnes baptiſta ⁊ ipe ſurrexit
a mortuis. Et reliqua. Ome
lia venerabilis Bede preſbi.
Natalem frẽs chariſſimi be/
ati iohãnis diẽ celebrãtes op
tet vt nõ ſolũ cõſtãtiam paſſio
nis illius pia deuotõe recola/
mus: ſed et eorũ a quibꝫ paſ
ſus eſt maliciã nobis i arma
vertamus ſalutis Tu aũt ℟.
Dñe mi rex da mihi in diſco.
Caput iohãnis baptiſte. ℣.
Et contriſtatus ẽ rex ꝓpt iuſ/
iurandũ ⁊ ꝓpter ſimul diſcum
bentes noluit eam contriſtari
ſed miſſo ſpiculatore precepit
amputari Caput. Lec. viij.
Tunc enim ſcripturis ſanctis
vtiliter animum intendimus
cum non ſolum in eis virtutes
ac premia iuſtoꝝ venerãtiã vi/
tia vindictamq; reproborum
ad incitamenta nobis bñ agẽ
di proponimus. Audiuit igi
tur herodes tetrarcha famã
ieſu ⁊ ait pueris ſuis. Hic eſt
iohannes baptiſta ipe ſurrexit
a mortuis: ⁊ ideo virtutes o/
perãtur in eo. Tu aũt domie.
℟. Poſtulãte nequiſſima he
rodiadis filia vt preco chriſti
nobilis baptiſta Necaretur i
carcere. ℣. Miſſo herodes
ſpiculatore precepit vt iohan/
nes baptiſta Necaret. Lc. ix.
Qui bñ intellexit mortuum
poſſe hominem reſuſcitari ad
vitam: bene de reſurrectõnis
gloria ſenſit: qui iuſtos pꝰ re/
ſurrectionem maioris potẽtie
ꝙ mortalis fragilitas capit
futuros eſſe ꝓſpexit. Sed mi/
ſere deſipuit qui quod de ho/
mine puro ſponte credere po/
tuit. hoc de deo homie credeř
tot miraculis atteſtantibꝫ: tã
tis ꝑdicatorum ꝑconijs cõſo/
nantibus nulla rõne conſenſit.
Tu aũt. ℟. Accedentes di/
ſcipuli ſancti iohannis bapti
ſte. Tulerunt corpus eius ⁊ ſe
pelierũt illũ. ℣. Miſſo hero/
des ſpiculatore precepit am/
putare caput iohannis i carce
re. quo audito diſcipuli eius
Tulerunt corpꝰ eiꝰ. Gloria.
Tulerũt. Ad laudes añ. He
rodes enim tenuit ⁊ ligauit io/
hãnẽ ⁊ poſuit in carcerem ꝓp/
ter herodiadem. aña. Puelle
ſaltanti imꝑauit mr̃ nihil ali

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ud petas niſi caput iohannis
An. Dñe mi rex da mihi i di
ſco caput iohannis baptiſte.
añ. Da mihi i diſco caput io
hannis baptiſte ⁊ cõtriſtatus
eſt rex ꝓpter iniurandum. añ
Perpetuis nos dñe ſancti io-
hannis baptiſte tuere preſidi-
is et quanto fragiliores ſumꝰ
tanto magis neceſſarijs attol
le ſuffragijs. Hymnꝰ. Mar
tir dei. Caplm et collecta vt
ſupra. ℣. Iuſtus vt palma flo
rebit. Super bene. añ. Miſ-
ſo herodes ſpiculatore prece-
pit amputare caput iohannis
in carcere. quo audito diſcipu
li eius venerunt et tulerũt cor
pus eius. ⁊ poſuerunt illud in
monumento. Ad. iij. añ. He-
rodes funeſtus iuſſit inter. ℟
et. ℣. de vno mar. Ad ſextam ⁊
nonã añ. de lau. iij. et. v. In ſe
cundis veſ. ſup mag. aña. In
medio carceris ſtabat beatuſ
iohannes voce magna clama
uit et dixit dñe deus meus ti
bi cõmendo ſpũm meum. Ce
tera ſicut de vno mar. Feli-
cis et adaucti. xxx. auguſti feri
aliter ſicut de martiribꝫ. Col
Preſta qſ̃s omps deus: vt
populus ad plene deuotõnis
effectum beatoꝝ martyꝝ tuo-
rum felicis ⁊ adaucti natali-
cijs incitet᷑: ⁊ eoꝝ patrocinio
promerente plenum omnium
bonoꝝ ad eternam vitã ꝓmo
uentium capiat incrementũ.
Per Paulini epi. xxxi. auguſti
erialiter ſicut de confeſſo. po.
Collcã. Miſericordiã tuam
nobis. vt in cõmuni. Egi-
dij prima die ſep. ferialiter ſic
de confeſſore pon. Sꝫ vbi ha
bent᷑. ix. ℟. dicat᷑ pñs hiſtoria
De ſcõ Egidio ad primas
veſpas ſup pſal. feriales anti.
Beatus Egidius natõe gre-
cus nobilis erat progenie ſed
nobilior ſanctitate. añ. Tra-
ditꝰ igit᷑ liberalibꝫ ſtudijs me
moriter cepit viam indagare
veritatis. añ. Quadã die pḡ-
gens ad eccleſiam cuidã egro
to tradidit tunicam ſuam. añ
Hoc beneficio puer ſanctꝰ nõ
inferior erat martino dum ille
dimidiã clamidem iſte totã ⁊
tunicã dedit ꝓ dño. aña. Se
cuta ẽ ergo pietas pietatẽ. q̃z
dũ eger ille induta ẽ tunica to
tius corpis meruit recipe ſani
tatẽ. Caplm. Dilcũs do. ℟.
Sciſſime xp̃i ꝯfeſſor Egidi
ora ꝓ nob̃ qſ̃s in conſpcũ do
mini. Ut de p̃teritis mal̃ ve-
niam et de futuris ſp habere
mereamur cuſtodiã. ℣. Qui
arborẽ virtutũ aſcẽdiſti cũ za-
cheo ꝓ ſupplicibꝫ tuis dignan
ter ſupplica do. Ut. Hymnꝰ
Feſtum ſancti egidij mẽ
te colamus parili q̃ cuꝫ
ſupniſ ciuibꝫ nũc gaudet i cele
ſtibꝫ. Genere quidẽ nobili ſꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN